



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Honestate Canonicoꝝ, Et Alioꝝ
Ecclesiasticorꝝ Specvlꝝ**

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

De peculio, testamentis, & vltimis voluntatibus Clericorum beneficiatorum.
cap.xvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63733)

licentia alienarentur, aut perpetuò, vel ad longum tempus, aut vnam vel plures, illa cōducere volentes, non locarentur, aut de his alio titulo disponeretur, a die 1568. die 17. Augusti, sua constitutione, omnes regulas facultates & licentias concedendi commissionum alienationum, vel permutationum, aut affrancationum (vt vocant) aut illarum confirmationum quocumque bonorum ecclesiasticorum, aut locorum piorum, cumque valoris existentium, etiam summam auri quinque ducatorum auri de camera non excedentem, aut alterius minoris valoris in forma, que dicitur in euidentem, Camerario & camera Apostolica, eorum collegio per antecessores suos pontifices, etiam motu proprio, ex certa scientia, & ex quavis causa, & vrgētissima cum quibusvis clausulis, ac decretis irritantibus, & in vim contractus concessas, exortas, & innouatas, perpetuò reuocauit, cassauit, & nullauit. Interdicens & expressè prohibens ne ab turum licentiæ, & facultates ac commissionum huiusmodi sub quouis prætextu concedantur, & concessas contra voluntatem, & ordinationem decretum suum, nullas, inuolidas & irritas esse decernit, & declarauit: sicut latius constat ex prædicta constitutione.

De peculio, testamentis, & ultimis voluntatibus clericorum beneficiatorum. CAP. XVI.

EX nimia autem secularium negotiorum persequutione, & familiaritate, eò plurimi ecclesiastici pro dolor, deuenerunt, vt de redditibus ecclesiasticis, oblationibus, & votis fidelium non solum suo, sed etiam alieno nomine res comparent, fraudemque cultatibus ecclesiasticis faciāt, licet hoc sacrilegium, & par crimini iudæ furis (qui sacras oblationes tabat, & furabatur,) & iure pontificio expresse prohibetur. Quicquid enim clericus promotus ad ecclesiasticum beneficium, & nihil patrimonij habens ecclesiæ efficitur, in quam ipso iure transit decem etiam si traditio rei emptæ nondū facta sit: quia ecclesia priuilegiata est, vt sine traditione in eam transferatur dominium; eique solus titulus sufficiat.

a c. inquirendum. de pecul. cleric.

b c. 1. 2. 3. & ibid. Panor. et in c. si quis. de pecul. cler. cap. placuit. 12. q. 3.

c. presbyter. 12. q. 4. & ibid.

c. sacerdotes.

c. l. fin. C. de sacros. eccl. & ibid. om. DD.

l. 1. C. de donat.

Bart. in quest. suis. quest. 13.

Tiraquel. in tract. de priuileg. pie cau. priuileg. 107. Paul. Paris. cōs. 77. volum. 1. & Sarmant. in tract. de vedit. eccl. cap. 3. cap. 2.

pro clericorum agella, vel vineolas in terra ecclesie
 sibi fecisse probabitur sustentandæ vitæ causa, vsque ad
 vitam obitus sui possideat: verum post suum decessum
 ecclesie restituat, nec testamentario, aut successorio iu-
 re cuiquam hæredum, pro hæredumve relinquat, nisi
 illi cui Episcopus pro seruitiis ecclesie præstitis lar-
 giti voluerit.
 Unde & in concilio Lateranensi constitutum legitur:
 Cum in officiis charitatis primo loco illis teneamur
 officij, a quibus beneficium nos cognoscimus rece-
 pit: contra quidam clerici, cum ab ecclesiis suis multa
 beneficia perceperint, bona per eas acquisita in alios
 transire præsumunt. Hoc igitur quia antiquis canoni-
 bus expressè inhibuitur, nos indemnitati ecclesiarum pro-
 utere volentes, siue intestati decesserint, siue aliis con-
 ditore voluerint, penes ecclesias, eadem bona præcipi-
 tas permanere. Cæterum quia postmodum dubitaba-
 tur, an hoc concilij decretum, & statutum esse de im-
 mobilibus bonis tantum, vel de mobilibus intelligen-
 dum, Alexander III. vel Innocentius III. Papa de
 hoc consultus respondit: quod generaliter bona qua-
 erant per ecclesiam acquisita, clericis debent iuxta Late-
 ranense concilium post eorum obitum apud ecclesiam
 remanere. Nomine autem ecclesie, non Episcopus, vel
 successor clerici morientis, ubi est collegium clericorum;
 sed communis cõgregatio intelligitur, quæ rerum illa-
 rum debet canonicam distributionem, & curam habere.
 In loco defuncti tantum est vnus ordinan-
 dus: ea bona (sicut & alia ipsius ecclesie) in Dei timo-
 re dispensent. Licet autem mobilia per ecclesiam acqui-
 sita, de iure in alios pro morientis arbitrio transferri non
 possunt, consuetudinis tamen non est improbande, vt de
 pauperibus, & religiosis locis, & illis, qui viuenti
 conferant, siue sint consanguinei, siue alij, aliqua iuxta
 iustitiam meritum conferantur. Cæterum quæ ex hære-
 sicis, vel artificio, aut doctrina proueniunt, distri-
 buantur pro arbitrio decedentis. Quia verò non-
 nisi in diuersis ecclesiis beneficia possident, diui-
 dentur quæ habuerant, per æstimationem congruam
 inter ipsas.

a c. fin. Et ibi
 Host. 10. And.
 Panor. de pe-
 cul. cleric.
 b c. cum in of-
 ficiis. de testa.
 et vlt. volunt.
 Ingratitudo
 beneficiariorum
 aduersus eccle-
 siam suam.
 Beneficiariorum
 bona penes ec-
 clesiam suam
 maneat.

Quæ beneficia-
 torum bona ec-
 clesie maneat.
 c vt Sarmelus
 inquit in tract.
 de rebus eccl.
 par. 3. cap. 3.
 Ecclesia nomi-
 ne quid hic de-
 signatur.
 d c. relatum, 2.
 de testam.

Beneficiarius
 moriens quibus
 aliqua de bonis
 ecclesie largiri
 possit.
 De quibus bo-
 nis liberè testa-
 ri seu dispone-
 re beneficiarius
 possit.

Huc

a inc. q. d. tit. de stat. b c. quia mos. d. tit. de test. c. i. et c. fixa. 12. q. 6. c. 1. et ibi. gl. Host. Pan. de succes. ab intest. c. ult. et penult. §. sed si Episco. 12. q. 5. c. quicquid. 12. q. 3. Alphon. Alu. rex in Thesau. Christ. religio. cap. 6. §. 24. d. c. quod autē. 23. q. 7. c. conuenior. 23. q. 8. c. ult. et penult. 12. q. 1. c. edoceri. de reser. pt. c. 2. de donation. Clem. lib. 2. c. 5. tit. Apoll. c. 29. et 39. Naua. in tract. de redit. bene. eccles. q. 1. nu. 18.

Huc pertinet & illud quod a eodem Alexandro scriptum fuit: Clerici de mobilibus, que per eos sunt adepti de iure testari non possunt: viuentium & sui compotes moderatē valent aliqua de bonis non ratione testamenti, sed eleemosynarū erogare in ægritudine constituti. Et licet clericus, de qua paternæ successionis vel cognationis intuitu de artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum amicorum, non habito respectu ad ecclesiam, porerunt ad ipsos, liberē disponere valeant: de his tamen quæ consideratione ecclesiæ per ceperunt, nullum in re possunt facere testamentum. Quod si de illis per hereditatem, aut alio modo intuitu per ceperint, ante obitum non disposuerint, sed in testamento cesserint, nec aliqui fuerint inuēti, qui iure cognationis ipsis succedere valeant, altari, seu ecclesiæ, cui illa sunt, omnia perpetuō sanctificentur, & in usum dantur.

Cur clerici de beneficiorum suorum fructibus & redditibus non possint. CAP. XVII.

Cur clerici de beneficiorum suorum fructibus & redditibus non possint. CAP. XVII.

Cur clerici de fructibus, et redditibus beneficiorum suorum testari non possint. c. clericus. ca. Episcopus i. precipimus. c. quia tua. 12. q. 1. Sar. men. in trac. de redit. eccle. par. 3. c. 1. ca. quoniā quicquid. 16. q. 1. Naua. in tra. de redit. benef. qua. et. n. 9. et seq. Card. consil. 110. Al. phos. Aluarez in Thes. Chri. relig. cap. 6. §. ex psal. 111.

Constat igitur ex præmissis de quibus bonis testari vel non testari possint: Et de quibus non possunt (vt pote per ecclesiā acquiritis, & ptiis) permittitur illis, pauperibus, religiosis locis, & aliis, qui sibi seruiērūt, dum viuunt, donare, nec testari: & hoc certa, atq; legitima de causa. Nam cura, & reddituū, aliorumq; bonorum suorum beneficiorum directi, & vtiles Domini nō sunt, sed tantummodo curatores, & dispensatores eorundem: ita vt honestam sustentationem sibi nihil ex illis videri possint, sed superflua teneantur pauperibus, vel in vltus erogare. Idcirco Ecclesia, vt eos ad diligētiam & fidelem muneris, atque officij ipsorum ex cogere, per quam ad regnum cælorum peruenirent, voluit, vt de omnibus & singulis ditionibus quod de B. Laurentio (cui thesauri ecclesiæ erant commissi erant) canit Ecclesia: Dispersit, dedit pauperibus iustitia eius manet in seculum seculi. Perspicuum huic erogationi maximo impedimēto fore